

argumenti, cū quibus non ingressus est, multiplicat, & ex diuisione mox colligit partem proporcionalem addendā uel auferendam à latitudine, quā cum signis & gradibus inuenit. Titulū subtractionis tum habet differentia, cū ex primo ingressu, reperta latitudo fuerit maior latitudine ea, quæ excripta est cum gradu addito. Rursus Titulum habet additionis, quando prima latitudo fuerit minor, quæ est ea quæ accipitur cum gradu addito. In exemplo quod de Luna hic adduximus, fuit primus angulus maior, secundus minor. Detraçto igitur minori de maiore, est differentia 5. minorū, & secundorū 7. cum Titulo subtractionis. Hanc differentiā si duxeris in 27. residua minuta argumenti, & productum diuiseris per 60. nascetur pars proporcionalis subtrahenda à primo angulo, duorum nempe minorum, & 18. secundorum. Itaq; manet latitudo Lunæ iam correctā, gra. 1. min. 5. sec. 5.

De tempore inueniēdo, quo secundum cursum mediū, Luna Soli congregitur, uel eidem opponitur. Cap. XXI.

Vera luminarium coniunctio dicitur, quando sunt in uno signo, gradu, & minuto. Quando aut in uno sunt signo, & diuersis gradibus aut minutis, regulariter aut coniunctio media dicuntur esse coniuncti. Par ratio est de eorundē diametratione, quæ esse potest media & partilis, hoc est, uera. Hic tempus aut mediæ eorum, siue coniunctionum siue oppositionum, incertō aliquo anni mēse scrutaturus, Tabulā huic usui proprie destinatam (quæ inscribit Tabula cōiunctionū oppositionūq; Solis & Lunæ.) Et primum quidē, ut fieri solet, ingreditur cum annis collectis, mox cū expansis, postremo cum mense cōpleto ex Tabula anni cōmunis, si annus tuus sit communis, Ex Tabula uero Bisextilium, si annus fuerit Bisextilis. Et quod inueneris de tempore, in his omnibus ingressibus, in summam collige, addendo quodlibet suo generi. Collectā temporis summam con-

b fer